

**(*Masdevallia picturata* (Fissae):** foliis cuneato spatulatis oblongis obtuse acutis, pedunculo unifloro, bractea cupulata apiculata ovario pedicellato breviori, sepalis usque ad basin fissis, sepalo impari oblongo caudato lamina caudae aequali, sepalis lateralibus paulo majoribus, ceterum aequalibus, tepalis ligulatis apice tridentatis dente medio longiori, basi antica (sc. juxta labellum!) angulatis, labello ligulato obtuse acuto trifido, laciniis lateralibus medio abrupte angulatis, columnae androclinio obliquo.

*Masdevallia meleagris* Rchb. fil. *Xenia* I. (tum specimina sicca typi non videram!), nec Lindl., quae recedit foliis argute tridentatis, caudis laminam longe excedentibus.

Venezuela.)